

pra propositis dietæ sententiæ. Nunc præterea quedam addemus. Si enim fieri posset, ut Hungariæ et Poloniæ, reges paratis exercitibus, Turcam ex illa parte invaderent, non est dubium quin multum profiteretur ad bellum conficiendum. Magnus enim inde terror iniiceretur hosti, ejusque vires distraherentur. Itaque sunt illi quidem cohortandi et incitandi auxiliaque eis danda; sed ita ut de eo exercitu et de ea apparatione quam diximus nihil omnino imminuatur: in hac enim nervus et vis et spes belli et victoriæ sita est. Verum si sine hujus apparatus detrimento, pecuniæ ex cruciatis ac decimis ab illis externis nationibus, Norvegiæ, Daciæ, Saxoniae illis attribui possent, quibus exercitum alerent; esset id rebus nostris magno adjumento.

Item, si propter eum exercitum, quem supra unitate conjunctum esse volumus, tanta præter eam militum copia esset, ut pluribus locis impetus in hostium fines fieri, presidia . . . in locis disponi possent; quis non videat hoc utilissimum rebus nostris futurum? sed ea tantum quæ necessaria ad bellum et ad victoriam essent fieri oportere duximus. Hæc reliqua adjumenta sunt optanda: quæ tamen in Domino confidimus abundantius esse affutura. Quis enim erit nobili animo aut ingenio vir, qui non accensus cupiditate veræ gloriæ, ad hoc bellum studeat properare? quis cupidum rerum viscendarum qui hac occasione oblata suis armis arreptis non iter aggrediatur? quis studio aquirendi præditus qui non ad tantam predam convolet? quis virtuti denique et fortitudini suæ fidens, qui non eam in hoc pulcherrimo et sanctissimo opere et Deo et hominibus velit comprobare? Nam illa quæ sunt maxima, honor et amor Dei, salus veræ fidei, cœlestis patriæ potiundæ cupiditas, omnes pariter commovere debebunt, principes ut suas opes et auctoritatem, fortes viros ut suam virtutem, reliquos ut partem suarum facultatum in communem consensum et præclaram hanc societatem Dei et hominum conferat ad aquirendum sibi præmium sempiternum.

Nam quamquam hostis et potens vehementer ut ferox sit, tamen hominum virtute hic militum robore ac disciplina longe nobis inferior est; quæ in bellis valent maxime . . . Deus modo præces nostras benignis auribus admittat! sit nobis victoria pro certo expectanda! Non ergo deerunt nec opum nec virorum magna subsidia; clarissimorum regum suorum et principum virtutem atque exemplum omnes imitabuntur; qui quidem principes non longo labore nec maximo sumpto et suam au-

gebunt hac victoria dignitatem et fidem Dei sui illustrabunt, et patrimonium Christi amplificabunt, dignique ab ipso Deo in tam excelsum honorem regalis soli sublatis fuerint, cum tam grati Deo sint futuri, qui hoc opere hoc sanctissimo opere consequantur, ut præter amplificationem opum suarum sempiternam laudem suæ virtutis inter homines ferant eorum aut nomina in cœlis scribantur.

A dì 25. Fo Santa Caterina. Et per esser la 57^{da} chiesa di Santa Maria scomunicata per el Patriarca nostro, non fu aperta; la qual soleva haver grandissimo concorso de zente, sì la vezilia e quasi tuta la note, et ozi che è el suo zorno.

Da poi disnar, fo aldito li oratori di Padoa con li Provedadori sora le Camere, zercha la confiscazion fata di Lugo etc. Et la Signoria fe' certa terminazion *ut patet*.

È da saper, eri la Signoria fe' una termination, notada in Notatorio, *cum sit* che li Avogadori toleva molti *post prandii* in Quarantie criminal a spese de la Signoria, e fevano per compiacer i XL per darli più salario, *unde* fo terminà *de cætero* li *post prandii* torano li Avogadori vadino a conto de danari di la Avogaria, e non si pagi più li diti *post prandii* de danari de la Signoria nostra.

A dì 26. La matina fo *lettere di Roma di sier Marco Minio orator nostro, di 20 et 21*. Prima, manda li capitoli fati per li 8 cardenali et el Pontifice in materia cristiana contra el Turcho, la copia di qual capitoli saranno notadi qui avanti. *Item*, come il Papa à expedito lo episcopo di Gaeta in Spagna dal re, Catholico, per tratar matrimonio in la fia del qu. re di Navara, over dil gran capitano Consalvo Fernandez, qual li darà gran dota et castelli in reame; sichè Sua Santità tien praticcha con haver moglie al ducha Lorenzo suo nepote, et con Franza e con Spagna. *Item*, come era zonto li a Roma Pietro Navaro, era capitano dil re di Franeia contra Mori, et si ha oferto al Papa, volendo far impresa marittima contra el Turcho, dandoli armata andar fino in Streto. E il Papa lo ha molto acharezato, et ha menato con lui a Civitavecchia, per consiliar el modo di cavar uno suo galion è afondato in dito porto. *Item*, è lettere di 9 et 17 di Rodi, in quelli oratori dil Gran maestro, con avisi di cose turesche, e come l'armata era andata in Streto, e il Signor turcho esser partito dil Cayro, et havea lassà a quel governo el signor era di Aleppo; et altre particolarità *ut supra*.

(1) La carta 56* è bianca.